



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Problemata Evangelica Ut plurimum Emblematis
Coronata. Sive Quæstiones Curiosæ In singula Evangelia
Dominicarum Totius Anni**

Hartung, Philipp von

Egræ, 1689

Problema XXXII. Quare Sanctus Joseph cum infante Jesu timuerit redire in
Judæam? Dominica Ante Epiphaniam. Timuit illò ire. Matth. 2. v. 22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76102)



PROBLEMA XXXII.

Quare Sanctus JOSEPH cum infante
JESU timuerit redire in
Judæam?

DOMINICA ANTE EPI- PHANIAM.

Timuit illò ire. Matth.
2. V. 22.

S I.
Ideo Joseph cum
puero Jesu
declinat
judæam, ut
mortis de-
clinat per-
iculum.
Declinent
malos in-
nocentes,
ut perfe-
rent inno-
centes.



Favete cœli, ut
contentos lapsis
diebus oculos
meos, & in Beth-
leem stabulo, a-
mabili objecto,
ibi nati parvuli
occupatos, aliquantùm hodie laxa-
re possim, ut extra Bethleem in pu-
blicis in Ægyptum ducentibus vijs
exspatiantur.

Sed quid primo oculorum ja-
ctu video? video hoc aspero frigi-
dòque hyemis tempore terrestrem
Trinitatem, tenerum JESUM, MA-
RIAM, & Joseph itinerantes. O
tenerrime! O pauperrime! O infans
JESU! vix nuper pretiosum sangui-
nem in Circumcisione tua profudi-
sti pro salute hominum, & jam de
vita tua periclitaris, jam ad mortem
quæreris? Id ipsum nupero manè
profusus roseus sanguis nobis pro-

gnosticavit: manè rubens cœlum ven-
tueros indicat imbres. Tu vivum
cœlum rubuisti à profuso sanguine,
hic rubor imbris persecutionis,
quam pateris, fuit præsignificatio.
Hanc effugiturus Divinus infans JE-
sus in Ægyptum fugerat, ibique tam
diu mansit cum Maria & Joseph,
quoadusque Joseph esset in somnis
instructus, de morte eorum, qui vi-
tæ Pueri insidiabantur. Et quam-
vis admonitor Angelus Josephū in
terram Israël seu Judæam abire jus-
serit, ipsèque monito paruerit & ve-
nerit in terram Israël; nihilominus
audiens regnare in Judæa Archela-
um pro Patre Herode, *timuit illò ire,*
& prout in somnis monitus est, se-
cessit in partes Galilææ, & habitavit
in Nazareth; nè videlicet novo mor-
tis discrimine se, innocentemque fi-
lium JESUM exponeret. *Per quod
monemur* (ait Paulus à Palatio in.

Cap

Cap. 2. Matth.) *ut licet DEUM nobiscum habeamus, eò tamen timeamus ire, ubi filij iniquitatis regnant.* neque enim S. Joseph sibi tantum timuit ab Archelao malo filio pessimi patris Herodis, sed ut plurimum filio innocentissimo JESU: ut hinc discant adulti omnes, & potissimum parentes à consortio malorum, non solum cavere sibi, sed vel maximè innocentum sibi commissorum curam gerant, nè malorum consortio utique periculosissimo jungantur.

desijt: ad focum stat, & dissolvitur: vult calefieri, & tepescit, imò obri- gescit; ibi nil Petro fragilius, timi- dius, inconstantius. Nimirum Pe- trus bene dixerat: *Tecum paratus sum*, q. d. quamdiu tecum sum, con- stans in tui amore & fide ero; si in- ter malos, non constabo mihi. *Quàm noxia pravorum colloquia!* (ait Glossa ord.) *inter infideles homi- nes negavit se nôsse, quem inter disci- pulos jam Filium DEI fuerat confessus.*

O si Petrus timuisset illò ire!

O stetisset à longè, non caderet tam profundè. Stare cum peccatori- bus, habere cum malis societatem, esse in peccandi occasione, & non peccare, malum non fieri, rarissi- mum est, & certum est, quòd talis verè, & exquisitè bonus, imò Dei fi- lius sit.

§ 3.
Unde Cen-
turio Chri-
stum in
Cruce ju-
stum, unde
Dei agno-
verit Fili-
um?

§ 2.
Nil diffici-
lius quàm
inter ma-
los manere
bonum.

Aristippus apud Stobæum
ferm. 35. cum mota esset quæstio:
quid in orbe difficillimum? respondit:
*Virum probum inter improbos probi-
tatem servare. Serpunt enim* (ut ait
Seneca L. 2. cap. 7. de tranquill.) *vitia,
& in proximum quemque transiliunt,
& contactu nocent.* Verissimè Isi-
dorus, L. 2. soliloqui: *ante ignem
consistens, nisi ferreus sis, aliquando
dissolvèris.* Expert^o id est damno suo
Petrus ad ipsam usque mortem con-
tinuis deplorato lacrymis, qui stans
ante ignem ô quàm dissolutus est!
nemo magis novit Christum quàm
Petrus, *Tu es Christus*, consistit ut
petra in partibus Cæsareæ. Quid
generosius Petro in cænaculo? *te-
cum paratus sum*, &c. Quid fideli-
us Petro in horto? *Simon ergo Petrus
habens gladium, eduxit eum, & per-
cussit Pontificis servum.* Tunc Pe-
trus erat in bona societate: tunc erat
cum JESU, & JESU discipulis. ve-
rùm vix atrium Pontificis ingressus
cavit: aulam intrat, & bonus esse

Quid putatis A A. Voluerit
sibi illa conversi Centurionis vox:
verè hic homo justus erat! sive ut
habet Marcus c. 15. *Filius DEI erat!*
nisi ut testimonium daret, Christum
verè esse justum, & plus quàm ho-
minem, quòd à mala latronis socie-
tate non corrumperetur. videbat
Probum inter improbos, unde sic
arguebat: inter malos non est ma-
lus, ergo Filius Dei; tam enim ra-
rum & mirum, non corrumpi à ma-
lo, ut vix certius esse possit Deitatis
indicium.

S. Propheta Isaias cap. 40. v.

6. die quadam vocem audit dicen-

tem

tem sibi; *vox dicentis clama: & dixi: quid clamabo? omnis caro fenum, & omnis gloria ejus quasi flos.* Ubi notandum; quod omnem carnem (excepto Incarnato Verbo) dicat; ecquis igitur sperare poterit si ad ignem accedat, se ab igne non corripiendum, si nec *Petræ* (intellige memoratum *Petrum*) securæ sunt. *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant; aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ eius?* inquit *Salomon Prov. 6. v. 27.* Unde monet *B. Laurent. Just. de vitata opportunitatem peccandi, quia ante ignem consistens, etiamsi frigidus sis, aliquando dissolvêris, proximus periculo, diututus non erit.*

§ 4.
Quemadmodum ignis materiam aptam facile corripit, ita peccaminosum confortium.

*Papilio luminis splendore allectus, eò usque lumen ignis circumvolat, donec alas comburat & periat. Idem multis animabus accidit, quæ cum hac illave persona periculosas fovent conversationes & societates, licet sub specie amicitiaë aut alio honesto prætextu continent, tandem si non illicito igne ardeant, à fumo tamen ad minimum nigrescunt. Nunquid enim tu saxeus es (quærit *S. Chrysostomus*) num ferum es? Homo es communi naturæ imbecillitati obnoxius, ignem cernis, nec ureris? An istud rationi consentaneum est? lucernam in fenum pone, & tunc vide, an non fenum exuratur? quod porrò fenum est, hoc quoque natura nostra est. Memini me in Concione de peccato veniali dixisse, quàm miserè *Carolus Navarraë**

Rexperiêrit. periculosiùs is ægrotabat, morbo pellendo hoc datum à medicis consilium; ut linteo cremato intincto infueretur, cui dum candela abrumpendo filo admoveretur, flammam concepit, quæ priusquam extingveretur, Rex est extinctus. In pari discrimine versamur AA. cujusque anima corporis hujusmodi quasi linteo involuta est, concupiscentiaë fomitem quaqua versum circumferimus, & levi digiti, aut manûs attactu ignem concipimus & miserè sæpe animo tenus conflagramus, dum incauti appropinquamus.

De Maria Stvarta Scotiaë Regina refert Caufinus L. 4. Aulæ sanctæ. Induxerat illa regno, & in au-

la sua foverat Nobilem Adolescentem, quem propter eximia naturæ dona charissimum habuit, qui sibi conscius de reginaë gratia & favore, die noctuque in- & egredi secretum reginaë conclave audebat; ergo nocte quadam illius cubiculum ingressus, suspenso gradu, nè quiescentem, si dormiret, excitaret reginam, lecto regio appropinquans dormientem reperit Stvartam, brachiùmque aliqua parte nudum lecto dependere notat; accedit intentione optima, manum attingit, modestè semel iterùmque basians: excitatur Regina territa, nec sciens, quis esset manum tangens, exclamat: cubiculo aliquem irrepsisse. exciti vigiles accurrunt, misellum juvenem apprehendunt, & priusquam, quid egisset, audirent, miserè gladio confo-

diunt.

§ 5.
Tetigisse vel leviter, est perijisse.

diunt. In conclave reginæ ivisse, nudam manum solum tetigisse fuit perijsse.

O quot honestæ & castæ aliàs Virgines & Innocentes juvenes Domini & Dominæ, quia incauti hanc aut illam domum, hoc aut illud cubiculum, maximè ad tenebras, ingressi, tactu manûs incipientes, eò tandem pervenere, ut JESUM ejusque gratiam perdiderint cum animæ jactura! Time cum JOSEPH illò ire, unde quoties redivisti, cum jactura gratiæ & DEI ferè semper redivisti.

Franciscus Salesius elegantem adducit similitudinem hujus veritatis: Hominem peccata quidem averfantem, sed non satis occasiones & pericula declinantem, dum ait, aliquos abstinere à peccatis, ut ægri à melonibus, aliisque fructibus crudioribus, quos tametsi medicus sub jactura vitæ illis interdixerit, nequeunt tamen sibi temperare, quin manu contrectent & odorentur; quò fit, ut dum orexis moveatur, & saliva in ore est, quandoque procedant ad saporem & esum.

§ 6.
Solutus
quandoque
aspexerit
deus nocet.

Genesis 2. posuit DEUS lignum in medio paradisi, cujus fructus edere, sub pœna mortis vetitum; Utque occasionem omnem præscinderet DEUS, & timerent Proto-parentes illò ire, posuit illud in medio paradisi. Alijs arboribus abditum, nè (ut rectè Procopius) dum fre-

quenter illud cernerent, quasi quibusdam irritamentis illecti, in datam legem peccarent, & manifestum incurrerent exitum. In quod ut induceret serpens, Evæ suggestit, ut arborem curiosè consideraret, fructum videret minimè esse vetitum. Successit conceptus serpenti, *vidit illò mulier Gen. 3. v. 6. vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* Tum persuasit, si fructum legeret ac manu tangeret, odore exploraret, non morituram. Ergo tulit de fructu illius. O Eva! aspexisse, & tetigisse, perijsse est! mox enim sequitur: *comedit: & ecce cum illa omnes filij morimur.* Ejusmodi hodie dum dæmonis sunt suggestiones, quibus ut culices & papilionum in perniciem inducere solet, dum, ut indubitatum habetur, in familiari consuetudine, primum nil periculi honesto cuiquam juveni à virgine imminere, si puellam antehac juvenem sæpius visat, oculos in istam aut illam conjiciat, diutius loquatur, manum porrigat, charissimum det osculum, quid hoc mali? quid peccati? & tandem tulit de fructu illius, perit innocentia, castitas, gratia. Ità nimirum scintilla, quæ in fomitem cecidit, grande excitavit incendium, ignem libidinis tantum, qui nisi tempestivo largòque lachrymarum fonte poenitiæ ferriæ extingvatur, ardebit usque ad inferni novissima.

Marci 7. v. 33. cum devota illa turba hominem illum surdum &

A a

mutum

§ 7.

Ut curet
Christus
malè affe-
ctos malo-
rum extra-
hit confor-
tio.

mutum Christo præsentasset (figuram peccatoris) plenè quidem sanavit, cælestis Medicus, sed *apprehendens eum de turba seorsum*; cuius rei causam addit Eusebius Gallicanus: *hæc turba, de qua hic homo à Domino trahitur, vitiorum est multitudo, qui de hac turba non trahitur, à Domino non sanatur.* Idem Dionysius Carthulianus serm. 2. in hac Dominica asserit: *In hoc datur intelligi, quod DEUS eos, quos à vitijs curat & salvat, oportet præva vitare consortia.* Sic cum alijs fecit Christus, quos aut à morte, aut morbis corporis, qui erant mortis animæ aut infirmitatum figura, curavit: suscitatum Lazarum *jussit abire*: Joann. II, v. 44. mulieri Samaritanæ inspiravit, ut exiret de Samaria: Joan. 4. v. 28. cæco illi visum redditurus, *apprehensâ manu cæci, eduxit eum extra vicum Marci 8. v. 23. quasi eum curare non potuerit in loco,* Petrus Chryfologus, serm. 176. Licet verò nunquam non

§ 8.
Malorum
confortium
ætati
teneræ
periculo-
sissimum.

periculosa sit malorum Societas; periculosissima tamen est teneræ ætati, ad malum magis pronæ. *adolescencia per via videtur incommodis ajebat Cassiodorus*; tunc autem vel maximè, cum aliorum præsertim malorum utitur contubernijs, *tunc enim alter alteri pro vitiorum fomite est ait apud Naxeram in Libri Judicum c. 17.* Construxerat sibi Michas idolum, ædificavit ædiculam, atque è filijs unum adolescentem, imò puerum in idoli Sacerdotem extulerat: *implevitque unius filiorum suorum manum, & factus est ei Sacer-*

dos, v. 5. Non multò post cum Levites adolescens in Michæ domum divertisset, ibi adolescentis confortio sic à religione descivit, ut idoli Sacerdotium susceperit; v. 7. *Fuit quoque alter adolescens de Betbleem Juda ex cognatione ejus: eratque ipse Levites, & habitavit ibi. Mansit apud hominem, fuitque v. 11. & 12. illi quasi unus de filijs, implevitque Michas manum ejus, & habuit puerum sacerdotem apud se.* Expende illud: *Alter adolescens*, id est æqualis ætate filio, cognatus. Ergo hic dum apud Micham divertit, dum cum filio Sacrificulo agit, videt quæ ipse agit, fit quod ipse sacrificulus. Connivete Parentes: sinite puerum, filium, aut filiam domum amici intrare, in qua malæ frugis sint proles: mox pares illis efficientur.

Filij Heli in flore juventutis cum puero paris ætatis agunt, ministro omnis impietatis. I. Regum 2. v. 13. *Veniebat (inquit Scriptura) puer Sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem.* Qualis Sacerdos! audi: *erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino.* Quorum puerorum? jubentium & famulantis. Fratres pueri, cum famulo puero agitant consilia, ad sacrificia furripienda; servus puer effert fuscinulam ad rapinam. O! quanta fuit Heli incuria, dum cum pueris puerum agere permittit! peccant unà; & ideo fors punitur, ut &

ipse,

ipse, & filij miserè perièrint. parentibus in doctrinam, quàm periculosum sit, & quam pœnam metuere debeant, si illorum conniventia aliquid mali agant filij.

Danieli in lacum leonum projecto, misit Dominus Angelum in custodiam, qui ora leonum, nè nocerent, clauderet. Daniel. 3. *DEUS meus misit Angelum suum &c.* Eripiendo à leonum ferocia Danieli angelus mittitur. At pueris in fornacem ardentem missis aderat Filius DEI. *Species quarti* (ait Nabuchodonosor) *similis filio hominis.* nimirum ubi puer Daniel solus, non est tantum periculum, quàm ubi tres coætanei.

Ejice ancillam banc & filium ejus Genes. 28. v. 20. (Sara rogat Abrahamum) videns cum suo Isaac currentem Ismaëlem; Isaac erat bonus, petulans Ismaël. nè ab hoc ille seduceretur, rogat ejici.

Concludo cum Petro, quocum

pœnè cœpi. Actorum 12. Petrus memoratur vinctus in carcere; post & vinculo solutus, vinctus in carcere, figura est peccatoris; vinculis solutus, figura pœnitentis.

Petrus ab angelo expergefactus, jussus se induit, catenæ solutæ liber fuit: Sed esto vinculis exsolutus esset; quia tamen nondum erat carcere egressus, existimabat se visum videre. v. 9. tandem procul jam carcere credebat se liberum, aitque v. 11. *Nunc scio verè quia misit Dominus angelum suum, qui eripuit me de manu Herodis.* Hoc ego ad peccatorem applico: blaspheme, injuste, incaste, confitere prout vis, & quoties lubet: solvat te Sacerdos à vinculis peccatorum, te plènè liberum non credam, nisi carcere, id est occasione egrediàre. Hoc facto dicam: nunc scio verè, tunc credam te seriò nolle peccare, ubi verificatum fuerit: *timuit illò ire.*

